

non sint per se substantia, nihil participant; sed ipsa sunt participationes quaedam. Ergo cum accidentia sint cognita a Deo sicut substantiae, videtur quod non omnium cognitorum a Deo sit idea.

Sed contra, omnis cognitio est per speciem aliquam cogniti in cognoscente. Sed species rerum in Deo existentes, ideae dicuntur. Ergo omnium cognitorum a Deo idea in ipso est.

Solutio. Respondeo dicendum, quod, sicut ex auctoritate Dionysii (cap. 3 de div. Nom.) inducta patet, idea dicitur similitudo vel ratio rei in Deo existens, secundum quod est productiva ipsius rei et determinativa; et ideo unumquodque, secundum quod se habet ad hoc quod a Deo producat, ita se habet ad hoc quod ipsius idea sit in eo. Omne autem quod ab aliquo per se agente producit, oportet quod secundum hoc quod ab ipso effectu est, ipsum imitet; quia, ut probat Philosophus (2 de Anima, text. 34), simile agit sibi simile, tam in his quae agunt per voluntatem quam in his quae agunt per necessitatem. Unde secundum id quod aliud a Deo producit, secundum hoc similitudinem in ipso habet, et secundum hoc est idea ipsius in Deo, et secundum hoc a Deo cognoscitur; et ideo cum omnis res a Deo producat, oportet omnium rerum ideas in ipso esse.

Ad primum ergo dicendum, quod malum, in quantum malum, nihil est, cum sit privatio quaedam, sicut caecitas; et ideo rei malae idea quidem in Deo est, non in quantum mala est, sed in quantum res est; et ipsum malum per oppositum bonum cognoscitur a Deo, a quo res privationi subiecta deficit.

Ad secundum dicendum, quod cum materia prima a Deo sit, oportet ideam eius aliquam in Deo esse; et sicut attribuitur sibi esse, ita attri-

buitur sibi idea in Deo: quia omne esse, in quantum perfectum est, exemplariter ductum est ab esse divino. Esse autem perfectum, materia non convenit in se, sed solum secundum quod est in composito; in se vero habet esse imperfectum secundum ultimum gradum essendi, qui est esse in potentia; et ideo perfectam rationem ideae non habet nisi secundum quod est in composito, quia sic sibi a Deo esse perfectum confertur; in se vero considerata, habet in Deo imperfectam rationem ideae; hoc est dictum, quia essentia divina est imitabilis a composito secundum esse perfectum, a materia secundum esse imperfectum, sed a privatione nullo modo. Et ideo compositum, secundum rationem suae formae, habet perfecte ideam in Deo, materia vero imperfecte, sed privatio nullo modo.

Ad tertium dicendum, quod particularia habent proprias ideas in Deo; unde alia est ratio Petri et Martini in Deo, sicut alia ratio hominis et equi. Sed tamen diversitas hominis et equi est secundum formam, cui perfecte respondet idea: sed distinctio singularium unius speciei essentialis, est secundum materiam, quae non perfecte habet ideam; et ideo perfectiori est distinctio rationum respondentium diversis speciebus quam diversis individuis; ita tamen quod imperfecto referatur ad res imitantes, et non ad essentiam divinam quam imitantur.

Ad quartum dicendum, quod accidentia etiam perfectum esse non habent; unde deficient a perfectione ideae: propter quod etiam Plato non posuit ideas accidentium, sed substantiarum tantum, ut 1 Metaph. (text. 43) dicitur. Tamen secundum quod esse habent per imitationem divinae essentiae, sic essentia divina est eorum idea.

Et sic patet omnia objecta, et etiam dicta in littera.

DISTINCTIO XXXVII.

Quibus modis dicatur Deus esse in rebus.

Et quoniam demonstratum est ex parte, quomodo omnia dicantur esse in Deo, addendum videtur hic, quibus modis dicatur Deus esse in rebus; si tamen id humana mens vel ex parte dignae valeat cogitare, vel lingua subicit eloqui. Sciendum ergo est, quod Deus incommutabiliter semper in se existens, praesentialiter, potentialiter, essentialiter est in omni natura sui essentia, sine sui definitione, et in omni loco sine circumscriptioe, et in omni tempore sine mutabilitate. Et praeterea in sanctis spiritibus et animabus est excellentius, scilicet per gratiam, inhabitans; et in homine Christo excellentissime, in quo plenitudo Divinitatis corporaliter habitat, ut ait Apostolus (Coloss. 2). In eo enim Deus habitavit non per gratiam adoptionis, sed per gratiam unionis. Ne autem ista, quia capacietatem humanae intelligentiae excedit, falsitatis arguere aliqui praesument, sanctorum auctoritatibus munitenda nihil videtur. Beatus Gregorius super Cantica cathecumum (in Glossa sup. cap. 3), ibi: « Quo abit dilectus tuus? » (inquit), « Licet Deus communi modo omnibus rebus in se praesentia, potentia, substantia; tamen familiariori modo per gratiam dicitur esse in illis qui misericordiam operum Dei acutus et fidelis considerant. » De hoc eodem Augustinus (ad Dardanum in lib. de praesentia Dei, seu epist. 37) ait: « Cum Deus sit natura incorporea et incommutabiliter viva, aeterna stabilitate in seipso manens, totus adest rebus omnibus, et singulari totus. Sed in quibus habitat, habent eum pro suae capacitatis diversitate, aut amplius aut minus, quos ipse sibi dilectissimum tempore gratia suae bonitatis addidit. » Hilarius quoque (in 8 lib. de Trin., parum ante med.), aperissime docet Deum ubique esse: « Deus, inquit, immensa virtutis, vivens pote-

stas quae nusquam non adsit, non desit usquam, se omnem per sua edocet, ut ubi sua sint, ipse esse intelligatur. Non autem corporali modo, cum alicubi sit, non etiam ubique esse credatur, cum et in omnibus esse non desinat. » Ambrosius (in lib. 1 de Spiritu sancto, cap. 7) Spiritum sanctum probat non esse creaturam, quia ubique est, quod est proprium Divinitatis, ita dicens: « Cum omnis creatura certis naturae suae sit circumscripta limitibus, quomodo quis autem deat creaturam appellare Spiritum sanctum, qui non habet circumscriptam determinatamque virtutem, quae est in omnibus et ubique semper est? Quod utique Divinitatis et dominationis est proprium. » Item (in eodem): « Domini est omnia compleere, qui dicit (Hier., 23, 24): Caelum et terram ego compleo. Si ergo Dominus est qui caelum complet et terram; quis ergo potest Spiritum sanctum iudicare dominationis et divinae potestatis exortem qui relevit orbem? Et, quod plus est, relevit et Jesum totius mundi redemptorem. » Ex his aliisque pluribus auctoritatibus aperte monstratur, quod Deus ubique est et in omni creatura essentialiter, praesentialiter, potentialiter est.

Quod in sanctis non modo est, sed etiam habitat, qui non ubique est habitat.

In sanctis vero etiam habitat in quibus est per gratiam: non enim ubiquecumque est, ibi habitat; ubi vero habitat, ibi est. In solis bonis habitat, qui sunt templum eius et sedes eius. Unde per Isaiam Dominus ait (cap. 56, 1): « Caelum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum; quia in electis, qui sunt caelum, habitat Deus et regnat, qui eius voluntati devoti obtemperant; malos vero, qui sunt terra,

sentiam et in sanctis habitat per gratiam. Cumque superius licet tenuiter, ostensum sit, quia ratione dicatur habitare in qui usdam, nunc effluat ordinis ratio id etiam assignari, quomodo ubique per essentiam et totus sit, nisi huius considerationis subtilitas atque immensis humanae mentis sensum omnino excederet. Ut enim ait Chrysostomus super Epistolam ad Hebr. (hom. 2, super illud: « Qui cum sit splendor »); « sicut nulla de Deo intelligimus quae loqui non possumus; ita multa loquimur quae intelligere non sumus idonei. Verbi gratia, quod ubique Deus est, scimus et dicimus; quomodo autem ubique sit, intellectus non capit. Item quod est incorporea quaedam virtus, quae omnium est causa honorum, scimus; quomodo autem vel quae ista sit, penitus ignoramus. »

Quorundam opinio qui praesument ostendere quomodo Deus ubique sit per essentiam, potentiam, praesentiam.

Quidam tamen immensa ingenio suo metiri praesumentes, hoc ita fore intelligendum tradiderunt, quod Deus ubique per essentiam esse dicitur, non quod Dei essentia proprie sit in omni loco et in omni creatura; sed quia omnis natura atque omne quod naturaliter est, in quocumque loco sit, per eum habet esse, et omnis locus in quo illud est. Idem etiam dicunt, ideo Deum ubique dici esse per praesentiam vel per potentiam, quia cuncta loca sunt ei praesentia, et quae in eis sunt, nec in eis aliquid operari cessat. Nam et ipsa loca, et quidquid in eis est, nisi ipse conservet, manere non possunt. In eis ergo per substantiam Deus esse dicitur, ut aiat, quia per virtutem propriae substantiae suae facit ut etiam loca sint, et omnia quae in eis sunt. Sed licet haec vera sint quae asserunt in explanandis intelligentibus praedictorum, in illis tamen verbis quibus dicitur Deus ubique esse per essentiam, plus contineri credendum est, quod homo vivens capere non valet.

Quod Deus cum sit in omnibus rebus, non tamen sordibus rerum inquinatur.

Solet etiam ab eisdem quaeri, quomodo Deus substantia- liter insit omnibus rebus, et corporalium sordium inquinamentibus non contingatur: quod tam frivolum est ut nec responsione sit dignum, cum etiam spiritus creatus sordibus corporeis, etiam leprosi, vel quantumcumque polluti, inquinari non possit. Sol quoque radios suos sine sui pollutione effundit super loca et corpora, non solum munda sed etiam immunda ac sordibus foetentia: quorum contactu homines et aliae quaedam res inficiuntur; solis vero radii impollunt et incontaminati ea contingentes existunt. Non est ergo mirandum, si essentia divina omnino simplex et incontaminabilis omnia replet loca, et omnibus creaturis essentialiter inest, nec tamen ejusquam rei sordibus contaminatur vel contingitur. Unde Augustinus in lib. de Natura boni, cap. 29): « Cum in Deo, inquit, sit omnia quae condidit, non tamen inquinant eum illi qui peccant. » De eujus etiam sapientia, quae attingit a fine usque ad finem fertur, dicitur (Sapient. 7, 24): « Attingit omnia propter suam munditiam, et nihil inquinatum in eam incurrit (1). » Tamen quidam, quod fieri non potest, scilicet nec humana carne veritas et substantia Dei inquinatur; et tamen praedicant istum visibilem solem radios suos per omnes faeces et sordes spargere, et eos mundos et sinceros servari. Si ergo visibilia munda a visibilibus immundis contingi possunt et non inquinari; quanto magis invisibilibus et incontaminabilibus veritas? Postremo respondeant, quid potius de Deo respondendum existiment; vel quod nusquam per essentiam sit, vel quod ubique, vel quod alicubi, ita quod non ubique. Sed quis audeat dicere, quod nusquam divina essentia sit, vel quod alicubi et non ubique sit? Si enim ita est alicubi quod non ubique; ergo localis est. Est ergo ubique tota, quae continet totum et penetrat totum; quae nec pro sui simplicitate dividit, nec pro sui puritate maculatur, nec pro sui immensitate ullo modo comprehendi potest. Unde Augustinus (1 de Doct. chr., cap. 10): « Deus ubique est, cui non locus sed actio- » nibus (2) propinquamus. »

Quod Deus inhabitator est quorundam nondum cognoscentium Deum, et non quorundam cognoscentium.

Illud quoque mirabile est, quia, ut ait Augustinus (in eodem lib., seu epist. 37), « dici nisi stultissime nequii, » Spiritum sanctum non habere locum in nostro corpore, quod totam animam sordibus impleverit. Stultius etiam dicitur an- gustius alicubi impedi Trinitatem, ut Pater et Filius et Spiritus sanctus alicubi simul esse non possint. Verum illud est multo mirabilius, quod cum Deus ubique sit totus, non tamen in omnibus habitat. Quis porro audeat opinari nisi inseparabiliter Trinitatis penitus ignoret, quod in aliquo possit habitare Pater et Filius, in quo non habitat Spiritus sanctus? Aut in aliquo Spiritus sanctus, in quo non habitat Pater et Filius? Fatendum est ergo, ubique esse Deum per Divinitatis praesentiam, sed non ubique per inhabitationem gratiam. Propter hanc enim inhabitationem gratiae non dicitur, Pater noster qui es ubique, cum et hoc verum sit; sed, qui es in caelis, licet in sanctis, in quibus est quodam excellentiori modo. »

Quomodo Deus totus ubique sit per essentiam, non potest intelligi ab humano sensu.

Ex praedictis patet quod Deus ubique totus est per es-

Quomodo Deus totus ubique sit per essentiam, non potest intelligi ab humano sensu.

Ex praedictis patet quod Deus ubique totus est per es-

(1) Al. omituntur sequentia usque ad illa verba: Postremo respondeant.
(2) Nicolai vel affectionibus.

mi loco et in omni tempore, non tamen movetur per loca vel per tempora, nec temporalis nec localis est. Localis non est, quia penitus non circumscriptur loco: quia nec ita est in uno loco quod non sit in alio; neque dimensionem habet, sicut corpus esse secundum locum assignatur principium, medium et finis, et ante et retro, dextrum et sinistrum, sursum et deorsum, quod sui interpositione facit distantiam circumstantiarum. Duobus namque his modis dicitur in Scriptura aliquid locale sive circumscriptibile, et e converso: scilicet vel quia dimensionem capiens longitudinis, altitudinis et latitudinis, distantiam facit in loco, ut corpus; vel quia loco definatur ac determinatur: quoniam cum sit alicubi, non ubique invenitur, quod non solum corpori, sed etiam omni creato spiritui congruit. Omne ergo corpus omni modo locale est: spiritus vero creatus quodammodo est localis, et quodammodo non est localis. Localis quidem dicitur, quia definitione loci terminatur; quoniam cum alicubi praesens sit totus, alibi non invenitur. Non autem ita localis est ut dimensionem capiens, distantiam in loco faciat. Divina ergo sola essentia omnino illocalis et incircumscriptibilis est, quae nec locis movetur aliquo modo, vel determinatione finis, vel dimensione suscepta, nec temporibus, scilicet affectu (1) et cognitione. His enim duobus modis, scilicet loco vel tempore fit mutatio creaturae, quae longe est a Creatore. Unde Augustinus (super Genes. ad litter., lib. 8, cap. 20 et 21): « Deus, inquit, omnipotens incommutabili aeternitate, veritate, immutabilitate, immutabili aeternitate, movet per tempus creaturam spiritualem: movet etiam per tempus et locum creaturam corporalem: ut eo motu naturas quas condidit administraret. Cum ergo tale aliquid agit, non debemus opinari ejus substantiam, quae Deus est, temporibus locisque mutabilem, sive per tempora et loca mobilem; cum sit ipse et interior omni rei, quia in ipso sunt omnia; et exterior omni rei, quia ipse est super omnia; et antiquior omnibus, quia ipse idem est ante omnia; et novior omnibus, quia ipse idem est post omnia, scilicet post omnium initia. » Ecce hic aperte ostenditur quod nec locis nec temporibus mutatur vel movetur Deus. Spiritus autem creatura per tempus movetur, corporalis vero etiam per tempus et locum.

Quid sit mutari secundum tempus.

Mutari per tempus, est variari secundum qualitates interiores vel exteriores, quae sunt in ipsa re quae mutatur, ut quando suscepit vicissitudinem gaudii, doloris, scientiae, oblivionis, vel variationem formae sive alioquin qualitatis exterioris. Haec enim mutatio quae fit secundum tempus, variatio est qualitativa, quae fit in corporali vel spirituali creatura; et ideo vocatur tempus.

Opinio quorundam qui dicunt spiritus creatos non moveri loco nec esse locales.

De mutatione vero loci magna inter conquirentes disceptatio versatur. Sunt enim qui dicunt, nullum spiritum aliquo modo posse mutari loco, ab omni spiritu locum universalem removere volentes, quoniam secundum dimensionem tantum et circumscriptibilem locum consistere asservunt, atque id solum esse locale vel in loco esse dicunt, quod dimensionem recipit et distantiam in loco facit. Et hoc dicunt Augustinum sensisse, mutationem temporis tantum spiritui creaturae tribuendum; loci vero et temporis corporeae.

Hic respondetur eis.

Sed, ut supra diximus, dupliciter dicitur res esse localis vel circumscriptibilis: scilicet vel quia dimensionem recipit et distantiam facit, vel quia loco termino definitur, quoniam in utraque ex parte corporeae creaturae, alterum vero tantum spirituum. Nam, ut supra diximus, corporalis creatura ita est localis vel circumscriptibilis quod determinatur definitione loci, et quod dimensionem recipiens, distantiam facit: spiritualis vero tantum definitione loci concluditur, cum ita sit alicubi quod non alibi. Sed nec dimensionem recipit, nec distantiam in loco facit: quia si multi essent spiritus hic, non eo coangustarentur locum, quo minus de corporibus continerent. Ideoque Augustinus attribuit mutationem loci corpori, non spiritui: quia licet spiritus transeat de loco ad locum, non tamen ita ut dimensionibus circumscriptis et interpositione sui faciat distantiam circumstantiarum, sicut corpus.

(1) *Al.* sed effectus.

Conclusio ex praedictis, quod spiritus creati sunt locales et circumscriptibiles quodammodo, spiritus vero Dei omnino incircumscriptibiles.

Sunt ergo spiritus creati in loco, et transeunt de loco ad locum, et quodammodo locales et circumscriptibiles sunt, sed non omni modo quod creaturae corporeae. Spiritus autem in creatis, qui Deus est, in loco quidem est, et in omni loco, sed omnino illocalis est et incircumscriptibilis. Unde Beda super Luc. (sup. cap. 1 ibi): « Ego sum Gabriel » ait: « Cum ad nos Angeli veniunt, sic exterius implent ministrum, » ut tamen ante Deum interius per contemplationem assistant: quia etsi Angelus est spiritus circumscriptus, summus tamen spiritus, qui Deus est, incircumscriptus est, » intra quem currit Angelus quocumque mittatur. » Ecce hic dicitur, quia spiritus angelicus circumscriptus est: spiritus autem qui Deus est, incircumscriptus. Alibi etiam Ambrosius distantiam ostendens inter spiritum increatum et spiritum creatum, dicit Seraphin de loco ad locum transire, inquires ita in lib. de Trinit. (vel lib. 1 de Spiritu sancto, cap. 9 et 10): « Dixit Isaias cap. 6, 61 quia missus est ad me, unus » de Seraphim. Et spiritus quidem sanctus dicitur missus: » sed Seraphim ad unum, Spiritus vero ad omnes. Seraphim mittitur in ministerio, Spiritus operator mysterium. Seraphim de loco ad locum transit: non eum complet omnia, » sed ipse repletur a Spiritu. » Hic aperte ostenditur quod Angeli quodammodo locales sunt.

Cum repetitione superiorum confirmat auctoritatibus, Deum esse ubique sine locali motu.

Fateamur itaque, divinam naturam pro immensitate sui nusquam deesse, eamque solum omnino illocalem, omnino incircumscriptibilem, nullo concludi loco: sed a fine usque ad finem attingere, non tamen spatiosa magnitudine, nec locali motu, sed immensitate atque immobilitate esse essentialiter. Unde Augustinus ad Hieronymum (epist. 57) ait: « Non quasi » spatiosa magnitudine operemur Deum per eamta diffundi, » sicut fumus (1) aut lux ista diffunditur; sed potius sicut in » duobus sapientibus, quorum alter altero corpore grandior » est, sed sapiens non est, una sapientia est; nec est in » majore major, nec in minore minor, nec minor in uno » quam in duobus. Ita Deus sine labore regens et continens » mundum, in caelo totus est, in terra totus, et in utroque » totus, et nullo contentus loco, sed in seipso ubique totus, » Idem quoque super Psalm. 147, ait: « Ad verbum Dei pertinet » non esse in parte, sed ubique esse per seipsum. Haec enim est » sapientia Dei quae attingit a fine usque ad finem » fortiter: non tamen motu locali, sed immobilitate sui: » sicut si moles aliqua saxea implet aliquam locum, dicitur » quod attingit a fine illius loci usque ad finem: cum tamen » alterum non deserat alterum occupando. Non ergo habet » motum localem verbum illud, et sapientia illa solida est et » ubique. » Ex praedictis innoscitur, quod Deus est ita ubique per essentiam quod nec spatiosa magnitudine diffunditur, nec uno deserto (2) loco alium occupat: quia localem motum non habet. Ideoque Augustinus volens praesendere a Dei puritate omnem localem circumscriptibilem, potius dicit omnia esse in illo, quam ipsum esse alicubi; nec tamen ipsum esse locum, qui non est in loco, in lib. 85 Quaest. (quaest. 2) ita inquires: « Deus non alicubi est. Quod alicubi est » continetur loco, corpus est: Deus autem non est corpus; » non ergo alicubi est. Et tamen quia est, et in loco non est, » in illo sunt potius omnia, quam ille alicubi. Nec tamen » ita in illo ut ipse sit locus. Locus enim in spatio est quod » nec Deus tale aliquid est. Et omnia ergo in ipso sunt, et » locus non est, nec in loco est. Locus tamen Dei, sed impro- » prie, dicitur templum Dei, non quod eo continetur. Id idem » tenet nihil melius quam anima munda intelligitur. » Ecce hic dicit, Deum non esse in loco; sed intelligentem esse eum non esse in loco localem, scilicet quia nec circumscriptibilem nec localem motum habet.

Oppositio qua videtur probari quod Deus movetur loco.

Ad hoc autem solet opponi sic. Quotidie fiunt creaturae quae ante non erant, et in eis Deus est, cum ante non esset in eis. Ergo ubi ante non erat, ideoque mutabilis esse videtur. Sed licet quotidie incipiat esse in creaturis in qui-

(1) *Al.* humor.
(2) *Al.* discretio.

bus ante non erat, quia illae non erant (1): hoc tamen fit sine sui mutatione: qualiter in mundo coepit esse, quem fecit, tamen sine sui mutabilitate: et similiter desinit esse in quibus ante erat, sine sui mutatione; nec tamen ipse deserit locum sed locus desinit esse.

Epitologus, ubi exponitur, quare in praedictam venerit disceptationem.

Jam sufficienter demonstratum esse videtur (a disp. 33

(1) *Al.* deest quia illae non erant.

Divisio primae partis textus.

Ostenso quomodo res sint in Deo, hic est incidenti ostendit quomodo Deus sit in rebus; et dividitur in partes duas: in prima ostendit Deum esse ubique et in omnibus rebus; in secunda parte removet a Deo quaedam quae creaturas in loco existentes consequuntur, ibi: *Cumque natura divina veraciter et essentialiter sit in omni loco et in omni tempore, non tamen movetur per loca vel per tempora.* Prima in duas: in prima ponit modos quibus Deus in rebus esse dicitur; in secunda inquirat rationes illorum modorum, ibi: *Quomodo autem Deus habitet in nobis, ex illis aliquatenus intelligere valebis quae supra dicta sunt.* Circa primum duo facit: primo enumerat modos; secundo auctoritatibus confirmat, ibi: *Ne autem ista... falsitatis arguere aliqui praesument; sanctorum auctoritatibus munimenta mihi videntur.* Et primo confirmat modum quo est communiter in omnibus creaturis; secundo modum quo specialiter est in sanctis, ibi: *In sanctis vero etiam habitat.* Modus autem quo specialissime est in homine Christo, pertinet ad tertium librum; et ideo eum praetermittit.

Quomodo autem Deus habitet in bonis, ex illis aliquatenus intelligere valebis quae supra dicta sunt. Hic ostendit rationes dietorum modorum: et primo quantum ad modum quo specialiter in sanctis est; secundo quantum ad modum communem quo est in omnibus creaturis, ibi: *Ex praedictis patet quod Deus ubique totus est per essentiam.* Et circa primum duo facit: primo ostendit veritatem; secundo excludit quasdam dubitationes, ibi: *Si autem quaeris, ubi habitabat Deus antequam sancti essent, dicimus quia in se habitabat.* Et sunt tres per ordinem inductae, ut patet in littera.

Ex praedictis patet quod Deus ubique totus est per essentiam, et in sanctis habitat per gratiam. Hic inquirat rationem quantum ad modum communem; et circa hoc tria facit: primo ostendit modi illius incomprehensibilitatem; secundo redarguit quorundam insufficientem assignationem, ibi: *Quidam tamen immensa ingenio sui metiri praesumentes, hoc ita forte intelligentium tradiderunt;* tertio excludit erroneam quaestionem, ibi: *Solet etiam ab eisdem quaeri, quomodo Deus substantia- liter insit omnibus rebus.* Ubi duo facit: primo excludit objectionem; secundo destruit positionem, ibi: *Postremo respondeant quid potius de Deo respondentium existiment.*

huc usque) quomodo omnia dicantur esse in Deo, et Deus in omnibus; quam disceptationem quasi incidenter suscepimus quia id videbatur postulare res circa quos noster versabatur sermo. Disserebamus enim de scientia sive sapientia Dei; et cum doceremus Deum scire omnia, quaestio est, utrum propter cognitionem quam de omnibus habet, dicatur omnia esse in Deo, an alia ratione hoc diceret Scriptura. Hujus ergo quaestionis occasio in praemissumis non deditur disputationem.

QUAESTIO I.

Hic est duplex quaestio. Primo quomodo Deus in omnibus rebus sit. Secundo quomodo ubique sit. Circa primum quaeruntur duo: 1.^o utrum Deus sit in omnibus rebus; 2.^o de diversitate modorum quibus in rebus esse dicitur.

ARTICULUS PRIMUS.

Utrum Deus sit in rebus.

(1 p., qu. 8, art. 1.)

Ad primum igitur sic proceditur. 1. Videtur quod Deus in rebus non sit. Inter causas enim illae solae rei intrinsecae sunt quae partes ejus sunt, ut materia et forma; non autem agens et finis. Sed Deus non est causa rerum ut veniens in constitutionem ipsarum; quia regit omnes res, praeterquam commisceat eum eis, ut dicitur lib. de Causis (propos. 20). Ergo Deus in rebus creatis non est.

2. Praeterea, nobilissimum agens est hoc quod potest producere effectum in absentia sua, quam quod non potest hoc facere nisi per suam praesentiam. Deus autem est nobilissimum agens. Cum igitur inveniantur quaedam agentia et secundum voluntatem et secundum naturam, quae in absentia sui producant effectus; sicut sol in caelo existens, efficit calorem in terra per emissionem virtutis suae, et rex aliquis per imperium suum multa efficit ubi ipse non est praesens; videtur quod multo fortius Deus in absentia sui possit effectum producere; et ita non oportet quod sit in rebus quas condidit.

3. Praeterea, quanto aliquid agens nobilissimum est, tanto nobiliorum effectum producere potest. Sed perfectissimum est quod potest per se conservari in esse absente sua causa quam quod non potest, sicut figura perfectius est in cera in qua manet etiam sigillo amoto, quam in aqua ubi non manet in absentia imprimentis. Cum igitur Deus sit perfectissimus agens, videtur quod rebus quas coadit, contulerit hoc ut etiam in absentia suae causae conservari possint in esse; et ita ad conservationem rerum non exigitur quod Deus in rebus sit.

4. Praeterea, impossibile est quod duo agentia immediate operentur eandem rem, ita quod utrumque illorum perfecte operetur; quia ad unum operatum terminatur una operatio, quae exit (1) ab uno operante. Sed singulae res habent operationes

(1) *Al.* erit.

proprias, ut dicit Damascenus (2 de Fid. orth. cap. 10), quibus suos effectus peragunt. Ergo videtur quod Deus non immediate sit operans quidquid in rebus efficitur; et ita videtur quod non in omnibus rebus sit.

3. Praeterea, daemones res quaedam sunt. Sed absurdissime dicitur Deus in daemonebus esse. Ergo Deus non est in omnibus rebus.

Sed contra, Hierem. 23, 24: *Nunquid non caelum et terram ego impleo?* Sed per caelum et terram intelligitur omnis creatura, ut patet ex principio Genesis. Ergo Deus in omnibus creaturis est.

Hoc etiam videtur per hoc quod habetur ad Hebr. 1, 3: *Portans omnia verbo virtutis suae.* Non autem potest conservare res, nisi sit praesens eis. Ergo videtur quod in omnibus rebus sit.

Solutio. Respondeo dicendum, quod Deus essentialiter in omnibus rebus est, non tamen ita quod rebus commisceatur, quasi pars alicujus rei. Ad cujus evidentiam oportet tria praenotare. Primo, quod movens et motum, agens et patiens, et operans et operatum, oportet simul esse, ut in 7 Physic. (text. 20) probatur. Sed hoc diversimode contingit in corporalibus et spiritualibus. Quia enim corpus per essentiam suam, quae circumlimitata est terminis quantitatis, determinatur est ad patrem aliquem, non potest esse quod corpus movens et motum sint in eodem situ; unde oportet quod simul sint per contactum; et sic virtute sua immutat corpus quod immediate sibi conjungitur, quod etiam immutatum aliud immutare potest, usque ad aliquem terminum. Spiritualis vero substantia, cujus essentia omnino absoluta est a quantitate et situ, ac per hoc loco, non est distincta ab eo quod movet per locum vel situm; sed ubi est quod movetur, ibi est ipsum movens; sicut anima est in corpore, et sicut virtus movens caelum dicitur esse in dextra parte orbis quem movet; unde incipit motus, ut habetur in 8 Physic. Secundum est, quod esse cujuslibet rei et cujuslibet partis ejus est immediate a Deo, eo quod non ponimus, secundum fidem, aliquem creare nisi Deum. Creare autem est dare esse. Tertium est, quod illud quod est causa esse, non potest cessare ab operatione qua esse datur, quin ipsa res etiam esse esset. Sicut enim dicit Avicenna (lib. 1 sufficientiae, cap. 11), haec est differentia inter agens divinum et agens naturale, quod agens naturale est tantum causa motus, et agens divinum est causa esse. Unde, secundum ipsum, qualibet causa efficiente remota, removetur effectus suus, sed non esse rei; et ideo remoto aedificatore, non tollitur esse domus, cujus causa est gravitas lapidum quae manet; sed fieri domus cujus causa erat; et similiter remota causa essendi, tollitur esse. Unde dicit Gregorius (lib. 16 Moral., cap. 18 vel 16), quod omnia in nihilum deciderent, nisi ea manus omnipotentis contineret. Unde oportet quod operatio ipsius, qua dat esse, non sit intercausa, sed continua; unde dicitur Joan. 3, 17: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor.* Ex quibus omnibus aperte colligitur quod Deus est unicuique intimus, sicut esse proprium rei est intimum ipsi rei, quae nec incipere nec durare posset, nisi per operationem Dei, per quam suo operi conjungitur ut in eo sit.

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis essentia divina non sit intrinseca rei quasi pars veniens in constitutionem ejus; tamen est intra rem

quasi operans et agens esse uniuersusque rei; et hoc oportet in omni agente incorporeo, ut ex praedictis patet, dist. 8, quaest. 1, art. 2.

Ad secundum dicendum, quod illud quod agit per suam absentiam, non est causa proxima ejus quod fit, sed remota; virtus enim solis primo imprimitur in corpore sibi conjuncto, et sic deinceps usque ad ultimum; et haec virtus est lumen ejus per quod agit in his inferioribus, ut Avicenna, lib. cit., cap. 2, dicit. Similiter patet quod Rex praecipiens est causa prima: sed exequens praecceptum est causa proxima et conjuncta. Deus autem immediate in omnibus operatur; unde oportet quod in omnibus sit.

Ad tertium dicendum, quod, sicut ex praedictis, in corp. art., patet, esse rei non potest conservari sine causa essendi, sicut nec motus sine causa movente. Unde si sine aliquo agente esse rei conservetur, illud agens non erit causa essendi, sed fieri tantum, sicut sigillum est causa figurae in cera; unde remoto sigillo remanet figura, sicut etiam de aedificatore dictum est; et hoc est agens imperfectum; unde ratio praecedit ex falsis.

Ad quartum dicendum, quod respectu ejusdem operationis non potest esse duplex causa proxima eodem modo; sed diversimode potest; quod sic patet. Operatio reducitur sicut in principium in duo; in ipsum agentem, et in virtutem agentis, qua mediante exit operatio ab agente. Quanto autem agens est magis proximum et immediatum, tanto virtus ejus est mediata, et primi agentis virtus est immediatissima; quod sic patet in terminis. Sint A, B, C, tres causae ordinatae, ita quod C sit ultima, quae exercet operationem; constat tunc quod C exercet operationem per virtutem suam; et quod per virtutem suam hoc possit, hoc est per virtutem B, et ulterius per virtutem A. Unde si quaeratur quare C operatur, responderetur per virtutem suam; et quare per virtutem suam; propter virtutem B; et sic quousque reduceretur in virtutem causae primae in quam docet Philosophus quaestiones resolvere in Posterioribus (Analyt. lib. 2, text. 22), et in 2 Physic. (text. 58). Et ita patet quod cum Deus sit prima causa omnium, sua virtus est immediatissima omnibus. Sed quia ipsemet est sua virtus, ideo non tantum est immediatum principium operationis in omnibus, sed immediate in omnibus operans; quod in aliis causis non contingit, quamvis singulae res (1) proprias operationes habeant quibus producant suos effectus.

Ad quintum dicendum, quod non est concedendum simpliciter quod Deus sit in daemone, duabus de causis. Primo, quia daemone non nominatur naturam tantum, sed naturam deformatam; cujus deformitatis Deus non est operator. Secundo, quia daemone nominatur naturam intellectuales; unde cum dicitur, Deus est in daemone, intelligitur per modum quo natura intellectualis ejus est capax, scilicet per gratiam. Unde nec de homine peccatore simpliciter dicimus, Deus est in isto homine; nisi addatur, in quantum est creatura, vel per essentiam et praesentiam et potentiam; quo addito, dicitur etiam Deus in daemone esse.

(1) *Al. deest* proprias.

ARTICULUS II.

Utrum Deus sit in omnibus per potentiam, praesentiam et essentiam; in sanctis per gratiam, in Christo per esse. — (1 p., qu. 8, art. 5.)

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur quod inconvenienter assignentur modi isti, quibus Deus in rebus esse dicitur. Cum enim dicimus Deum esse in rebus, significamus qualiter Deus ad res se habeat. Sed Deus uno modo se habet ad omnia, quamvis non omnia uno modo ad ipsum se habeant, ut dicit Dionysius (5 cap. de div. Nom.). Ergo videtur quod non debeat esse nisi unus modus extendi Deum in rebus.

2. Si dicas, quod isti modi diversificentur secundum diversas habitudines creaturae ad Deum. — Contra, quilibet effectus in creatura causat aliquam habitudinem creaturae ad Deum. Sed quasi infiniti sunt effectus Dei in creaturis. Ergo infinitis modis dicitur Deus esse in creaturis, et non quinque tantum.

3. Praeterea, ea secundum quae diversimode creaturae ad Deum referuntur, non inveniuntur in omnibus creaturis. Sed quidam istorum modorum conveniunt omni creaturae, scilicet per essentiam, praesentiam et potentiam. Ergo videtur quod modi isti non differant secundum diversam habitudinem creaturae ad Deum.

4. Si dicas, quod distinguuntur secundum diversas rationes attributorum. — Contra, non plus differt potentia ab essentia, quam scientia (1) et voluntas. Sed esse in rebus per essentiam et potentiam constituit duos modos. Ergo et similiter diversificabuntur secundum omnia attributa.

In contrarium est quod in littera dicitur, et auctoritatibus confirmatur.

Solutio. Respondeo dicendum, quod distinctio istorum modorum partim sumitur ex parte creaturae, partim ex parte Dei. Ex parte creaturae, in quantum diverso modo ordinatur in Deum et conjungitur ei, non diversitate rationis tantum, sed realiter. Cum enim Deus in rebus esse dicatur secundum quod eis aliquo modo applicatur, oportet ut ubi est diversus conjunctionis vel applicationis modus, ibi sit diversus modus essendi. Conjungitur autem creatura Deo tripliciter. Primo modo secundum similitudinem tantum, in quantum invenitur in creatura aliqua similitudo divinae bonitatis, non quod attingat ipsum Deum secundum substantiam (2); et ista conjunctio invenitur in omnibus creaturis divinae bonitatem assimilantibus; et sic erit modus communis quo Deus est in omnibus creaturis per essentiam, praesentiam et potentiam. Secundo creatura attingit ad ipsum Deum secundum substantiam suam (3) consideratum, et non secundum similitudinem tantum; et hoc est per operationem; scilicet quando aliquis fide adhaeret ipsi primae veritati, et caritate ipsi summae bonitati; et sic est alius modus quo Deus specialiter (4) est in sanctis per gratiam. Tertio creatura attingit ad ipsum Deum non solum secundum operationem, sed etiam

(1) *Al. sententia.*
(2) *Al. subjectum.*
(3) *Al. subjectum suum.*
(4) *Al. spiritualiter.*

secundum esse: non quidem prout esse est actus essentiae, quia creatura non potest transire in naturam divinam: sed secundum quod est actus hypostasis vel personae, in cuius unionem creatura assumpta est: et sic est ultimus modus quo Deus est in Christo per unionem. Ex parte autem Dei non invenitur diversitas in re, sed ratione tantum, secundum quod distinguitur in ipso essentia, virtus et operatio. Essentia autem ejus cum sit absoluta ab omni creatura, non est in creatura nisi in quantum applicatur sibi per operationem; et secundum hoc quod operatur in re, dicitur esse in re per praesentiam, secundum quod oportet operans operato aliquo modo praesens esse; et quia operatio non deserit virtutem divinam a qua exit, ideo dicitur esse in re per potentiam; et quia virtus est ipsa essentia, ideo consequitur ut in re etiam per essentiam sit.

Ad primum ergo dicendum, quod si loquamur de unitate et diversitate secundum rem, sic Deus uno modo se habet ad res: sed quia res diversimode se habent ad ipsum, contingit Deum significari in diversa habitudine ad res, in quantum relationes fundatae in creaturis reliquerunt diversas habitudines secundum rationem in Deo. Si autem consideretur unitas et distinctio secundum rationem tantum, sic Deus pluribus modis se habet ad res, ut sciens, ut potens, et sic de aliis.

Ad secundum dicendum, quod divisio essentialis semper est per differentias quae per se dividunt aliquod commune; sicut habens pedes, per se dividitur per bipes et quadrupes; non autem per album et nigrum. Similiter deo, quod Deum esse in creaturis per se dividitur secundum diversos modos quibus creaturae attingunt Deum; et haec est divisio essentialis et formalis. Sed si accipiantur diversi effectus in creaturis per se, in quibus est Deus per naturales effectus tantum, non invenitur nisi unus modus attingendi Deum; et ideo non est divisio nisi per accidens et materialis, quae ab omni arte praetermittitur.

Ad tertium dicendum, quod illi tres modi non sumuntur ex diversitate creaturae, sed ex parte ipsius Dei operantis in rebus; et ideo omnem creaturam consequuntur, et praesupponuntur etiam in aliis modis. In quo enim est Deus per unionem, etiam est per gratiam; et in quo est per gratiam, est per essentiam, praesentiam et potentiam.

Ad quartum dicendum, quod divina attributa non considerantur nisi secundum triplicem ordinem ad res: vel secundum operationem, vel secundum virtutem, vel secundum essentiam; et ideo non sunt nisi tres modi essendi in rebus, qui sumuntur secundum diversum ordinem comparationis Dei ad res.

QUAESTIO II.

Deinde quaeritur, quomodo Deus ubique esse dicatur: et circa hoc tria quaeruntur: 1.^o utrum Deus sit ubique; 2.^o utrum hoc sibi soli conveniat; 3.^o utrum conveniat sibi ab aeterno.

ARTICULUS PRIMUS.

Utrum Deus sit ubique.

(1 p., qu. 8, art. 2; et 5, contr. Gen., cap. 68.)

Ad primum sic proceditur. 1. Videtur quod Deus non sit ubique. Esse enim ubique significat

in omni loco esse. Sed, sicut dicit Anselmus (Monol., capit. 22), si usus admitteret, magis dicendus esset Deus cum omni loco quam in omni loco. Ergo videtur quod Deus non proprie dicitur ubique esse.

2. Praeterea, sicut tempus nominat mensuram quamdam, sic et locus. Sed secundum Philosophum (in 4. Physic., text. 161), esse in tempore est quadam parte temporis mensurari. Ergo esse in loco significat loco mensurari. Sed Deus est immensus. Ergo non est in loco.

5. Item, potest obijci ex auctoritate Anselmi (ubi supra) qui dicit, quod omne quod est in loco et tempore, sequitur leges loci et temporis.

4. Praeterea, sicut se habent successiva ad tempus, ita se habent permanentia ad locum. Sed in successivis unum indivisibile et una indivisibilis operatio non potest esse diversis temporibus. Ergo nec unum indivisibile permanens potest esse in diversis locis. Sed Deus est indivisibilis: ergo non est ubique.

5. Praeterea, nulla conditio corporalis Deo potest convenire nisi metaphoricè. Sed esse in loco est conditio corporis naturalis, adeo quod etiam corporibus metaphoricè non datur locus nisi similitudinariè, ut (1 de Generatione, text. 44) dicit Philosophus. Ergo multo fortius Deo non convenit nisi metaphoricè in loco esse vel ubique.

Sed contra, Deus est in omnibus rebus, ut supra, art. praeced., dictum est. Sed locus quilibet res aliqua est. Ergo Deus in omni loco est: ergo ubique.

Solutio. Respondeo dicendum, quod esse in aliquo diversimode convenit spiritualibus et corporalibus: quia corpus est in aliquo ut contentum, sicut vinum est in vase; sed spiritualis substantia est in aliquo ut continens et conservans. Cujus ratio est, quia corporale per essentiam suam, quae circumlimitata est quantitatis terminis, determinatum est ad locum, et per consequens virtus et operatio ejus in loco est; sed spiritualis substantia quae omnino absoluta a situ et quantitate est, habet essentiam non omnino circumlimitatam loco. Unde non est in loco nisi per operationem; et per consequens virtus et essentia ejus in loco est.

Dicendum est ergo, quod si esse in hoc loco sumatur secundum quod corpus in loco esse dicitur; sic non convenit Deo esse ubique nisi metaphoricè; quia implet locum sicut corpus locatum, non quidem distantia dimensionum, sed causalitate effectuum. Si autem accipiatur esse in loco per modum quo substantia spiritualis in aliquo esse dicitur; sic propriissime Deo in loco esse convenit, et ubique; et non quidem ut mensuratum loco, sed ut dans loco naturam locandi et continendi; sicut dicitur esse in homine inquantum dat homini naturam humanitatis; et in qualibet re esse dicitur inquantum dat rebus proprium esse et naturam.

Et per hoc patet responsio ad duo prima et ad auctoritatem Anselmi, et etiam ad quintum, quae procedunt secundum modum quo corpus in loco esse dicitur.

Ad quartum dicendum, quod indivisibile secundum successione dicitur dupliciter. Vel illud quod omnino absolutum est a successione, ut indivisibile negative sumatur, sicut aeternitas: et tale indivisibile potest esse in diversis temporibus, immo

in omni tempore; quia *nunc* aeternitatis invariaturum adest omnibus partibus temporis. Vel illud quod est successione terminus, ut instans temporis, et quidquid per illud instans mensuratur; et hoc non potest esse in pluribus temporibus. Similiter indivisibile secundum dimensionem dicitur dupliciter. Vel illud quod omnino absolutum est a dimensione, sicut substantia spiritualis; et hoc non est inveniendus in omnibus vel pluribus locis esse. Vel quod est terminus dimensionis, ut punctus; et hoc, quia determinatum est ad situm, non potest in pluribus locis esse; et ideo, relicta imaginatione (1), indivisibilitas substantiae incorporae, ut Dei vel Angeli vel animae, vel etiam materiae, sicut indivisibilitas puncti non cogitur: quia, ut dicit Boetius (lib. 1 de Trinit., cap. 2), oportet in intellectualibus non deduci ad imaginationem.

ARTICULUS II.

Utrum esse ubique soli Deo conveniat.

(1 p., qu. 8, art. 4; et quod. 11.)

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur quod esse ubique non soli Deo conveniat. Ponere enim materiam primam esse Deum, vel etiam esse universale, ut quidam posuerunt, est haereticum. Sed universale est ubique et semper, secundum Philosophum; et similiter materia prima, quae est in omni corpore, quo omnis locus impletur, cum nihil sit vacuum, ut Philosophi probant (4 Physic., text. 65). Ergo esse ubique non tantum Deo convenit.

2. Praeterea, in omnibus numeratis est aliquis numerus. Sed omnes partes universi sunt numeratae. Ergo numerus collectus est in toto universo, et ita est ubique.

5. Praeterea, secundum Augustinum (2) anima tota est in singulis partibus. Sed potuisset Deus tantum creare unum corpus animatum. Ergo anima ejus ubique esset. Sed quod soli Deo convenit, nulli creaturae communicatur. Ergo esse ubique non convenit soli Deo.

Sed contra, Ambrosius in littera (ex lib. 1 de Spiritu sancto) probat Spiritum sanctum esse Deum quia ubique est. Sed probatio nihil valeret, nisi esse ubique soli Deo conveniret. Ergo esse ubique soli Deo convenit.

Solutio. Respondeo dicendum, quod esse ubique si per se sumatur, soli Deo convenit nec alicui creaturae communicabile est; sed per accidens potest alicui convenire. Hoc autem accidens potest dupliciter considerari: vel ex parte ejus quod in loco est; vel ex parte loci. Si ex parte ejus quod in loco est, sic cum per accidens vel per posterius conveniat toti quod attribuitur sibi ratione suae partis, constat quod illud quod secundum diversas suas partes est in diversis locis, non primo et per se est in illis; immo est in uno loco tantum. Unde si esset unum corpus infinitum, illud esset ubique per accidens, secundum quod diceretur esse ubi sunt suae partes; et non per se, quia ipsum non

(1) *Al.* imaginationem indivisibilitatis.

(2) De immortalitate animae cap. 16, et contra epist. Manichaei cap. 16, et in lib. 11 de Civit., cap. 10, per oppositum ad corpus quod est majus in toto quam in parte (Ex edit. P. Nicolai).

esset per se ubi est sua pars. Si ex parte loci, tunc accidit alicui ubique esse, eo quod non est alius locus quam ille in quo est; sed si fuerint multa alia loca, non esset ubique; sicut si ponatur unus tantum locus in quo unus homo est. Deo autem per se convenit ubique esse: quia ipse totus est in quolibet loco; et inditius aliis locis existentibus, in omnibus esset; et hoc non est communicabile alicui creaturae nisi communicaretur sibi esse virtutis infinitae.

Et per hoc patet responsio ad ea quae objecta sunt: quia omnibus illis convenit esse ubique per accidens, vel quia secundum diversas partes sunt, vel quia plura loca non sunt, vel quia secundum unum esse non sunt in pluribus, sicut universale et praeterea illa (1) quae secundum aliud et aliud esse sunt in diversis. Numerus vero per se non est in loco; et tamen secundum quod in loco est, non est totus in uno loco, sed in diversis secundum diversas partes.

ARTICULUS III.

Utrum esse ubique conveniat Deo ab aeterno.

Ad tertium sic proceditur. 1. Videtur quod esse ubique ab aeterno Deo conveniat. Primo per hoc quod in littera dicitur ab Ambrosio, quia in omnibus et ubique semper est, quod est Divinitatis proprium. Sed quod est semper, est aeternum. Ergo esse ubique Deo ab aeterno convenit.

2. Praeterea, sicut ubique est distributum loci, ita semper est distributum temporis. Sed Deus ab aeterno est semper, etiam temporibus non existentibus. Ergo et ab aeterno est ubique, etiam locis non existentibus.

5. Praeterea, esse Deum in rebus coordinatur hic a Magistro ei quod est esse res in Deo. Sed res ab aeterno fuerunt in Deo, qui aeternam scientiam de rebus habet. Ergo et Deus ab aeterno est in rebus, et ubique.

Sed contra, in quocumque est aliquid, illud oportet esse; quia in nihilo nihil omnino est. Sed neque locus neque aliqua res ab aeterno fuerunt. Ergo neque Deo ab aeterno convenit ubique, vel in rebus, esse.

Solutio. Respondeo dicendum, quod cum dicitur, Deus est ubique, importatur quaedam relatio Dei ad creaturam, fundata super aliquam operationem, per quam Deus in rebus dicitur esse. Omnis autem relatio quae fundatur super aliquam operationem in creaturas precedentem, non dicitur de Deo nisi ex tempore, sicut Dominus et Creator et hujusmodi; quia hujusmodi relationes actuales sunt, et exigunt actu esse utrumque extremorum. Sicut ergo non dicitur operari in rebus ab aeterno, ita nec esse in rebus, quia hoc operationem ipsius designat.

Ad primum ergo dicendum, quod Ambrosius accipit semper Deum esse ubique, creaturis existentibus; illud enim quod ex parte Dei est, semper est, in quo nihil est novum; sed defectus est ex parte creaturae, quae non semper fuit; unde non potest significari in habitudine ad creaturam ab aeterno, ut operans circa eam.

(1) *Forle* et materia prima. *Nicolai*, et praeterea materia secundum aliud et aliud esse est in diversis etc.

Ad secundum dicendum, quod semper de virtute vocabuli importat indeficientiam quamdam, quam aeternitas totam simul habet, sed tempus per successione diversorum eam sortitur; et ideo semper potest importare indeficientiam quae est per successione continuam; et sic est distributum temporum, nec ab aeterno convenit: quia successio et tempus ab aeterno non fuit. Vel potest dicere indeficientiam aeternitatis; et sic ab aeterno convenit. Sed ubique in ratione sua includit locum; et ideo similis ratio non est utrobique: ubi enim est in loco esse, et ubique in omni loco.

Ad tertium dicendum, quod sicut motus rationem ex termino accipit, ita et relatio. Cum autem dicitur Deus esse in rebus, importatur relatio Dei ad creaturas secundum egressum divinae operationis in eas, quia aeternae non sunt, nec esse in eis aeternum esse potest. Sed cum dicitur res esse in Deo, importatur relatio creaturae ad Deum, non secundum exitum ab ipso, sed magis secundum adunationem creaturarum ad principium; et quia principium est aeternum, ideo etiam et scire aeternum, et res ab aeterno in Deo. Deus enim est in rebus temporaliter per modum rerum, sed res ab aeterno in Deo per modum Dei; quia omne quod in altero est, est in eo per modum ejus in quo est, et non per modum sui.

Expositio primae partis textus.

Ita Deus, cum sit in omnibus essentialiter et totus, plenus est in illis quos inhabitat. Queritur ratio hujus differentiae. Et dicendum, quod aliae creaturae, quamvis consequantur divinam similitudinem per operationem ipsius Dei, non tamen attingunt ad ipsum Deum secundum suppositum; et ideo quamvis Deus in eis sit, non tamen ipsae cum Deo sunt. Sed creatura rationalis per gratiam attingit ad ipsum Deum, secundum quod ipsum amat et cognoscit; et ideo cum eo esse dicitur; et eadem ratione dicitur capax Dei, sicut suae perfectionis, per modum objecti; et propter hoc etiam dicitur templum Dei, et inhabitari a Deo.

Sicut multa de Deo intelligimus quae loqui penitus non valeamus; ita multa loquimur quae intelligere non sumus idonei. Ratio hujus diversitatis haec est, quia causa semper excedit causatum. In quibusdam autem locutionibus causat intellectum, sicut in his quae per disciplinam discuntur; unde contingit quod intellectus addiscentis non pertingit ad virtutem locutionis; et tunc potest loqui ea quae audit sed non intelligit; et similiter est in his quae pure sunt fidei, quae intellectum humanum excedunt; fides autem ex auditu est, Rom. 10. Quandoque autem intellectus est causa locutionis, sicut in his quae per inventionem sciuntur; unde in his intellectus locutionem excedit, ut multa intelligantur quae proferri non valent.

Non quod Dei essentia proprie sit in omni loco. In hoc defecerunt, quia acceperunt esse in loco per modum quo corpus in loco est; et ideo dicebant, quod essentia Dei non proprie est in loco, sed dicitur esse per essentiam, inquantum omnis essentia ab eo est, et inquantum ipse per virtutem essentiae suae operatur. Sed hoc non sufficit; sed oportet addere quae supra dicta sunt, art. praec.

Solet etiam ab eis quaeri, quomodo Deus substantialiter insit omnibus rebus. Ista quaestio stulta